

gentibus certam notitiam haberemus, credens, se maximam in hoc Deo praestare obsequium, si ejus opera, & industria mare ipsum usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, & navigabile fieret, sique cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversus Saracenos, & alios ejusmodi fidei hostes commovere posset ac nonnullos Gentiles, & Paganos nefandissimae Mahometicae sectae nomine infectos populos, inibi in medio existentes, continuo debellare, eisque incognitum sacratissimi Christi nomen praedicare, ac facere praedicari; regia tamen semper auctoritate munitus, à 25. annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expensis in velocissimis navibus ad perquirendum mare, & provincias maritimas, versus Meridionales partes, & polum Arcticum annis singulis ferè mittere non cessavit, &c.

Cum autem sicut accepimus, licet Rex, & Infans praefati, qui cum tot tantisque periculis, laboribus, & expensis, necnon perdizione tot naturalium Regnicolarum hujusmodi, & portus, insulas, & maria hujusmodi acquisiverunt, & possederunt, ut praefertur, ut veri earum Domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis ejusmodi perfectionem, fructum & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes, praeterca seu lucri commodo, aut malitia ferrum, armam, lignaminam, aliasque res, & bona ad infideles deferri prohibita, portarent, vel transmitterent, aut ipsos infideles navigandi modum edocerent propter quae eis hostes duriores, ac fortiores fierent, & hujusmodi persecutio impediretur, vel forsitan cessaret, non absque offensa Dei magna, & ingenti totius Christianitatis opprobrio, ad obviandum praemisissis, ac pro suorum juris, & possessionis conservatione, sub certis tunc expressis gravissimis poenis prohibuerunt, & generaliter statuerunt, quod nullus nisi cum suis nautis, & navibus, & certi tributii solutione, obsequioque prius desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum partibus contractari, seu in mare piscare praesumeret, tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum regnorum, seu nationum personae invidia, malitia, aut cupiditate ducti, contra prohibitionem praedictam, absque licentia, & tributii solutione hujusmodi, ad dictas provincias accederent, & sic in acquisitis provinciis, portibus, insulis, ac mari navigare, contractare, & piscari praesumerent, & extendo, inter Alphonsum Regem, ac Infantem, qui nullatenus se in his delicti parentarunt, & praesumentes, quod inter praedictos quamplurima odia, rancores, dissensiones, guerra, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsiqui possent, & subsequerentur.

Nos praemisissa & singula, debita meditatione pensantes, quod cum olim praefato Alfonso Rege quoscuque Christi inimicos, ubicunque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, dominia, possessiones, & mobilia bona quaecunque per eos detenta, ac possessa,

invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi, & subjungendi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, dominia, possessiones, & bona, sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, suorumque usus, & utilitatem convertendi, aliis nostris literis plenam, & liberam inter caetera concesserimus facultatem. Dicitur facultatem obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate praedictus Infans, justè, & legitime insulas, terras, portus, & maria hujusmodi acquisivit, & possedit, ac possidet, aliasque res quae ad eundem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectant, & pertinent, nec quivis alius Christi fidelis, absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali, de illis haecenus intrumtere potuit, neque potest quoquo modo, ut ipse Alphonsus Rex, ejusque successores, & Infans eum ferventius huic tam piissimo operi, in quo cum illo animarum salutis fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, &c.

De praemisissis omnibus, & singulis informati plenissime, motu proprio, &c. auctoritate Apostolica, &c. & ex certa scientia, de Apostolica potestate plenitudine, literas facultatis praefatas, quarum tenores de verbo ad verbum praesentibus literis volumus pro insertis, & quaecunque etiam alia ante data dictarum facultatum acquisita, & ad ea, quae in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis, suorumque successorum, & Infantis in ipsis, ac circumvicinis, & ulterioribus, ac remotioribus partibus de Infidelium, ac Paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, insulas, portus & maria quaecunque extendi, & illa sub eisdem facultatis literis comprehendere, ipsarumque facultatis, & praesentium literarum vigore jam acquisita, & quae in futurum acquiri contigerit, postquam acquisita fuerint, ad praefatos Regem, & successorum suos, ac Infantem, ipsamque conquestam, quam à capitibus de Bojador, & de Nom, usque per totam Guineam, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi, harum serie declaramus etiam ad ipsos Alphonsum Regem, & successorum suos, ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse, & pertinuisse, ac in perpetuum spectare, & pertinere de jure, &c. quaeque nulli

*Hec Calistus III. in Bulla, sub sigillo sibi*

Ultimo, in eadem Bulla rogat, & exhortatur Summus Pontifex omnes personas cujuscuque qualitatatis, etiamsi Imperatores sint, vel Reges, &c. & districtè prohibet omnibus ne ad praefatas provincias, portus, & loca deferant, nec deferre faciant merces illas absque speciali licentia praefati Regis, vel Infantis, vel eorum ad quos ipsa conquestio pertinet, ne ulla ratione se intromittant in praefata maria, vel regiones, quod si contra fecerint, si fuerint personae particulares, ipso jure sententiam excommunicationis incurrant: si vero fuerit civitas, vel universitas, sive communitas, ipso jure subjaceant interdicto Ecclesiastico, & a quibus censuris nulla Apostolica auctoritate valeant absolvi ante satisfactionem, vel compositionem cum praefatis Rege, li-

fantè, vel successoribus factam. Quae omnia fideliter ex Bulla Calixti III. decerpimus.

30 Et adeo securus hic concessionis Pontificiae titulus eo tempore visus fuit, ut Catholici Reges Ferdinandus & Elizabeth ex consilio doctissimorum virorum, quos semper secum habebant, & praecipue magni illius seculi Jurisconsulti Joannis Lupi de Palacios Rubios (si credimus Anton. de Herrera in historia generali Indiarum, decad. 1. lib. 10. cap. 17. pag. 348.) generalem quamdam protestationem, sive requisitionem ordinari mandaverint, quae per eorum Duces Barbaris infidelibus, ubi prima ad eos appulissent, intimaretur, in qua nihil magis enixè, & expressè continebatur.

Cujus exemplar extat apud eundem Antonium de Herrera d. decad. 1. lib. 7. cap. 14. pag. 249. & seq. & iterum decad. 2. lib. 1. c. 14. pag. 27. & decad. 4. lib. 1. cap. 8. pag. 18. Et eadem formula data est ab Imperatore Carolo V. Francisco Pizarro anno 1533. ubi ad conquestionem hujus Regni Peruani missus fuit, & caeteris subinde Ducibus, qui ad ejusmodi expeditiones delegabantur, ut constat ex 4. tom. schedul. impress. pag. 226. & seq. cujus copiam hic etiam nostris scriptis inserere, ut necessarium, lectioribus valde gratum futurum existimamus.

32 To N. criado de los raii altos, y mi poderosos Reyes de Castilla, y de Leon, Domadores de las gentes barbaras, y mensajero y Capitan, vos notifico, y hago saber, como mejor puedo, que Dios nuestro Señor, Uno y Eterno, erio el cielo, y la tierra, y un hombre, y una muger, de quien vosotros, y nosotros, y todos los hombres del mundo fueron, y son descendientes, procerados, y todos los que despues de nosotros vivieren: mas por la muchedumbre de generacion que destos ha procedido desde cinco mil y mas años, que ha que el mundo fue creado, fue necesario que los unos hombres fuesen por una parte, y los otros por otra: se dividiesen por muchos Reynos y provincias: porque en una sola no se podian sustentar, y conservar. De todas estas gentes Dios nuestro Señor dió cargo á uno, que fue llamado San Pedro, para que de todos los hombres del mundo fuese Señor y Superior, á quien todos obedeciesen, y fuese cabeza de todo el linage humano, do quier que los hombres estuviesen, y en qualquier lei seña, ó creencia: y dióle á todo el mundo por su servicio y jurisdiccion, y como quiera que le mandó, que pusiese su silla en Roma, como el lugar mas apavejado para regir el mundo: tambien le prometió, que podia estar, y poner su silla en qualquier otra parte del mundo, y juzgar y govarnar todas las gentes, Christianos, Moros, Indios, Gentiles, y de qualquier otra seña, ó creencia que fuesen. A este llamaron Papa, que quiere decir, Admirable, Mayor, Padre, y Guardador, porque es Padre, y Governador de todos los hombres. A este S. P. obedecieron, y tomaron por Señor Rei, y Superior del universo los que en aquel tiempo vivian: y asimesmo han tenido á los otros, que despues de él fueron al Pontificado elegidos, y así se ha continuado hasta ahora, y se continuará hasta que el mundo se acabe.

Uno de los Pontifices pasados, que he dicho como Señor del mundo hizo donacion de las islas y tierra firme del mar Oceano á los Católicos Reyes de Castilla, que entonces eran D. Fernando, y Doña Isabel, de gloriosa memoria, y á sus sucesores, nuestros señores, con todo lo que en ellos ai, segun se contiene Tom. I. de Indiar. juce.

en ciertas escrituras que sobre ello pasaron, segun dicho es (que podeis ver, si quisieredes.) Así que su Magestad es Rei, Señor de estas islas, y tierra firme, por virtud de la dicha donacion, y como á tal Rei y Señor á algunas Islas, y casi todas, á quien esto ha sido notificado, han recibido á su Magestad, y le han obedecido, y servido, y sirven como subditos, lo deben hacer, y con bu na voluntad, y sin ninguna resistencia, luego sin ninguna dilacion, como fueron informados de lo susodicho, obedecieron á los varones Religiosos que los embiaban, para que les predicasen, y enseñasen nuestra santa Fé: y todos ellos de su libre, y agradable voluntad, sin premio, ni condicion alguna se tornaron Christianos, y lo son: y su Magestad los recibió alegre, y benignamente, y así los mando tratar como á los otros sus subditos y vasallos: y vosotros sois tenidos, y obligados á hacer lo mesmo. Porende, como mejor puedo, vos ruego, y requiero, que entendáis bien esto que os he dicho, y toméis para entenderlo, y deliberar sobre ello, el tiempo que fuere justo y reconozcáis á la Iglesia por señora, y superiora de el universo mundo, y al Sumo Pontifice, llamado Papa, en su nombre, y á su Magestad en su lugar, como superior y Señor, Rei de las Islas, y tierra firme, por virtud de la dicha donacion: y constintais, que estos Padres Religiosos os declaren, prediquen lo susodicho. T si así lo hicieredes, hareis bien: y aquello que sois tenidos y obligados, y su Magestad, y yo en su nombre, vos recibirán con todo amor, y caridad, y vos dexarán vuestras mugeres, y hijos libres, sin servidumbre, para que dellas, y de vosotros bagáis libremente todo lo que quisieredes, y por bien tuvieredes, como lo han hecho casi todos los vecinos de las Islas: y alienado de esto su Magestad vos dará muchos privilegios, exenciones, y vos hará muchas mercedes. Si no lo hicieredes, ó en ello dilacion maliciosamente pusieredes, certifico os, que con el ayuda de Dios, yo entraré poderosamente contra vosotros, y vos haré guerra por todas las partes, y manera que yo pudiere, y vos sujetare al yugo, y obediencia de la Iglesia, y de su Magestad, tomaré vuestras mugeres, y hijos, y los haré esclavos, y como tales, los venderé, y dispondre de ello como su Magestad mandare: y vos tomaré vuestros bienes, y vos haré todos los males, y daños que pudiere, como á vasallos que no obedecen, ni quieren recibir á su señor, y le resisten, y contradicen. Y protesto, que las muertes, y daños que de ellos se recrecieron, sea á vuestra culpa, y no de su Magestad, ni nuestra, ni de estos Cavalleros que conmigo vinieron: y de como os digo, y requiero pido al presente escribano, que me lo dé por testimonio firmado.

Juxta quae omnia supra dictus titulus magis ac magis communiri, imò & inconcusus reddi videtur. Nam si justè possidet, qui Auctore 33 judice possidet, l. justè possidet, ff. de acquirenda possessione: & sententia à quolibet legitimo, & competenti judice lata, sufficit ad verum dominium uti tollendum, & in alium transferendum, ut voluit Glossa in leg. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, verbo, Dominia, & ibidem Bartholus num. 6. & plenius in l. Pomponius, §. si jussu, ff. de acquirenda possessione, Glossa in §. ultimo, verbo, Cui adjudicatum, institutionem de officio judicis in capite proposuisti, verbo, Vacare, de concessione praebenda, & notat Innocentius in capite quia plerique, post principium, ad im.

immunitate Ecclesiarum, Divus Thom. in 2. 2. questione 62. articulo 3. Bald. in leg. id quod pauperibus, quas. 7. C. de Episcopis & Clericis, Petrus de Ancharanis in regula possessor, de regulis juris, lib. 6. columna 36. versicul. Tertio, quarto, Jas. ex num. 4. Lancelloa Dec. colum. 3. in dict. l. ex hoc jure, Cuman. & Jas. num. final. Ripa num. 1. in rubr. ff. de re judicat. Bertachin. in reposito, verbo Dominium transfertur, num. 3. & alii, quos in similibus nostra questionis terminis loquens, nempe de adjudicatione Regni Navarrae per Julium II. eisdem Regibus Catholicis facta refert & sequitur Palac. Rub. in tract. de obtent. Navarrae, 5. part. 8. post. medium: longè

35 magis hoc in concessione & declaratione Romani Pontificis admittere debemus, qui est superius, & competens omnium fidelium, & infidelium iudex in spiritualibus, & etiam in temporalibus; iusta causa existente, ut supra probavimus. Et tunc vel una sola sententia faceret jus, & in similibus causis vim, & auctoritatem legis haberet, iuxta text. vulgarem, & summe notandum in leg. final. C. de legibus, & in l. apud Julianum 11. in fine, ff. ad S. C. Trebellian. capite in causis, de sentent. & re judicata, capit. unico, in fine, qua fuerit prima causa beneficij, amittent. in usib. feud. l. 14. tit. 1. part. 1. l. 14. tit. 2. part. 3. Gregor. Lopez, cum aliis, quae observat idem Palac. Rub. in eadem 5. part. 8. 2. circa finem, Joan. Fab. in §. sed quod Principi, instit. de jur. natur. Felin. in cap. cum olim, colum. 10. de re judicata; Jas. in l. 1. colum. 4. C. de edendo, Dec. consil. 191. Roman. sing. 668. Afflic. decis. 96. num. fin. idem Afflic. post And. de Isornia in c. 1. §. praeterea Ducat. de prob. feud. alien. Guillelm. de Perno consil. 14. n. 17. fol. 246. inter cons. feudal. Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testament. in declar. ad leg. Regias, lim. 1. dub. 2. num. 13. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 3. Menoch. consil. 501. volum. 6. ubi loquitur de nobilitate illa causa Comitatus de Palma, Gama, decis. 33. n. 2. 1. part. ubi ejus additio. D. Perez in l. 8. tit. 4. lib. 2. ordin. colum. 405. vers. Neque obstat, Boer. consil. 8. num. 10. Bursat. consil. 56. lib. 2. num. 4. & 5. Covarr. in 4. part. cap. 7. §. 4. num. fin. & Par. Gabr. Vasquez in 1. 2. disput. 157. cap. 5. apud quos communis sententia est, id quod Pontifex, aut Princeps in aliquo negotio decernit, non per viam sententiae particularis, sed veluti per modum legis generalis, vel ejus praxis, aut interpretationis, jus utique in similibus facere, & ad causatum decisionem rectè allegari posse. Et tunc huc nimirum tendere videntur verba illa Bullae Calixti Tertii supra relate, ibi: *Dicta facultatis obtentu idem Alfonso Rex justè, & legitime insulas, terra, portus, & maria hujusmodi acquisivit, & possedit, ac possidet.*

Rursus, quia etsi circa potestatem Romani Pontificis in hoc articulo diversa sint Doctorum sententiae, & dicendi modi, ut ex supra dictis apparet. Ea tunc quae pro Ecclesia, & ejus auctoritate facit, magis probanda, & admittenda est, argum. text. in cap. fin. de re judicata & in l. sunt persona, ff. de Religios. & sumpt. funer. l. Titia 40. §. Scia testamento, ff. de auro

& argent. legato, l. lege Julia, ff. de manumissionibus cum notatis à Decio in l. semper in obscuris, la 1. num. 3. ff. de regulis juris, Sarmient. lib. 3. select. c. .... Petr. Pech. de Ecclesia reparan. c. 1. Petr. Surdo de alimen. quas. 10. num. 17. Tiraquel. de privileg. pie causa, privileg. 146. & sequentibus; & tunc de eorum quae magis in specie notat Hostiensis, & Joan. Andreas in cap. qui cleric. vel voventes, & eos referens Felinus in cap. 1. de constitution. num. 104. Marta de jurisdict. 2. part. cap. 6. num. 7. & Beltran. à Guevara in propugnaculo contra Vent. assert. 2. §. 2. num. 55. qui docent, quod opinio, quae favori potestati clavium, pravalet non favoribus.

Præsertim tunc cum expressè decisum extet à Clemente Tertio in cap. Capellanus, de ferijs, posse Summum Pontificem in dubiis opinionibus declarare, quae sit verior, & sequenda, quod in hoc casu, de quo sermonem habemus, toties, ut vidimus, non solum verbis, verum & factis ipsis, in negotiis gravissimis declaravit, l. de quibus, vers. Quid enim interest, ff. de legibus, l. Paulum, ff. rem ratam hab. cum aliis, quae adduximus supra hoc lib. cap. 81. num. 3.

Unde nemini permittendum videtur, hoc amplius in dubium vocare, quia semper præsumere debemus, Papae sententias, & declarationes esse justas, & legitime, ac canonicè promulgatas, ut ait text. in cap. cum inter vos, §. final. de sent. & re judic. cap. absit. 11. quas. 3. & alia congerens Alvar. Pelag. de planct. Eccles. lib. 1. cap. 26. Quoniam tunc est fons justitiae, Clement. unic. de probation. Glos. notab. in l. relati, verb. Reliqua, de penis, cum aliis traditis à Galilio lib. 2. pract. observat. cap. 55. & in eo inest summa perfectio, & sapientia, ut probat Cardin. Paleot. in tractat. de sacro Consistorio p. 2. quest. 2. pag. 59. Et ideo licet tunc totus mundus sentire contra Papam, standum esse ejus sententiae, & declarationi, iuxta ea, quae late, & copiosè tradit Cardinal. Jacob. de Concil. lib. 3. art. 1. num. 36. & lib. 6. art. 2. num. 45. DD. per text. in cap. hac est Fides 24. quas. 1. Philip. Prob. in addition. ad Joan. Monach. in cap. super eo, n. 29. de haeret. ubi tunc dicit: *Papae sententiam prevalere sententia omnium Episcoporum, quae fuit opinio Glos. in c. in istis, dist. 4. quam pluribus ornat Joan. Baptist. Valenzuela in monitor. contra Venet. part. 6. ex num. 91. qui etiam in parte 7. ex num. 122. alia de hac re brocardica congerit, nempe, tunc quod Papa approbat, vel reprobat, omnes approbare, vel reprobare tenentur, & qui non est cum Papa, est contra Christum, & qui non est Christi, Antichristi est, & quod gravissimè peccat, qui Ecclesia, quam defendere debet impugnat. Cui addo Navarr. lib. 3. consil. tit. de iis quae sunt à majori parte Capite. num. 13. pag. 169. ubi tunc probat, Papae solius sententiam præferri sententiae omnium aliorum Episcoporum, & Doctorum, qui in Concilio generali congregati sint, & eo refragante, nihil fieri posse, argumen. cap. significati, de electione, ubi Joan. Andr. & Panormit. notab. 7. & aliorum, quae latius congerit Anton. Rosellus in tract. de Conciliis, quas. 17.*

Tertio tunc considero, quod si illi, qui auctoritate cujuslibet Principis contrahunt, vel ab eo

aliquid recipiant, decipi non debent, neque aliquam molestiam, aut vexationem subire, l. 2. l. bene à Zenone 3. C. de quadriem. praescript. l. 1. C. de his, qui veniam atq. impetruer. cum pluribus aliis, quae congerit Dueñas regul. 238. Pezreguin. de jure Fisci, lib. 6. tit. 4. num. 15. cum sequentibus, Cavalin. in tract. de eviction. §. 5. num. 88. & latissimè D. Joan. del Castillo lib. 2. 48 controvers. quod. cap. 5. Juvari tunc quippe nos beneficio oportet, non decipi, l. in commadato 17. §. sicut, in fine, ff. de commodat. cap. unic. eod. titul. & injuriae occasiones inde nasci non debent, unde jura nascuntur, l. meminert, C. unde vi. Multo plenius idem illis servari oportebit, qui donatione, & concessione Pontificia muniti, has infidelium provincias tot periculis, & laboribus detexerunt, converterunt, & subjugarunt; Pontificis quippe dignitas & majestas reliquas alias supereminet, ut alias de Imperiali dicitur in l. cum multa, C. de bonis quae liber. & ita Papa Imperator. appellatur in cap. Constantinus, 95. distinct. & per Praeposit. in cap. per venerabilem, nova. 136. qui filii sint legit. & Princeps Principum mundi, alias superiorum non recognoscentium, & culmen omnium dignitatum, cap. corpora, de consecrat. distinct. 1. cap. venerabilis, de consecr. 1. dist. 1. cap. venerabilis, de prebend. c. solita, de majorit. & obed. cum late traditis à Valenz. d. monit. 5. part. ex num. 100. & 6. part. ex num. 80. & à Nobis supra.

51 cap. proximo, ex num. 50. Et tunc Ecclesia, quae est tutrix, & cultrix justitiae non patitur aliquid fieri contra justitiam, cap. 1. §. diversum, de alienat. feud. Bald. cons. 24. in fine, lib. 2. Ancharan. cons. 131. num. 3. Roman. cons. 298. n. 2. Castrens. consil. 116. num. 2. in fine, lib. 1. & Dec. cons. 329. in fine.

52 Quapropter tunc Papae facta in dubium vocari non debere, docet text. in cap. in memoriam, 19. distinct. Anton. de Butrio in cap. 2. num. 60. de transit. Prelat. Franc. de Curie inter consilia Martianesi cons. 100. num. 6. & alii apud Valenzuel. sup. 5. part. ex num. 146. Neque quisquam

53 tunc justè ejus potestati & auctoritati derogare debet, ut ait Hieronym. Alban. in tract. de potest. Papa. 1. part. num. 123. & 2. part. num. 237. & 249. & Laelius Jordanus in tract. de Romana

54 sedis origine, cap. 12. num. 23. Quin tunc potius ubi aliquid magnum, & insolitum, & quod ordinariae juris regulas excedat, à Pontifice fieri videamus, praesertim si in Ecclesiae augmentum, & fidei propagationem, aut conservationem dirigatur, id magis admirari, quàm reprehendere, aut notare debemus, ut optime in nostris terminis advertit Episcopus Chiapensis. in dict. tract. comprobat. fol. 65. Quia tunc potestas sedis Apostolicae, cum in se maxima, & amplissima sit, tum tamen magis extendit, & usque in infinitum, ut ajunt, ampliarì potest, quoties Summus Christi Vicarius universalis Ecclesiae commodiori, perfectiori statui id viderit convenire, ut tradit D. Thom. l. 3. de regim. Princip. cap. 19.

56 Et idem Chiapensis probat tunc ex simili à Bart. Bald. & aliis doctoribus tradito in l. si hominem 30. ff. mand. per text. ibi Jas. in l. non solum, §. morte, col. 21. ff. de novi oper. nuntiat. l. 1. C. de precib. Imp. offeren. Panorm. in c. si clericus

§. de adulteriis, col. 5. de judiciis, & in cap. final. col. 5. de judiciis, & in cap. fin. col. 14. de consuet. Felin. in cap. 1. num. 48. & seqq. de constitut. dum docent, quod quoties aliquis casus occurrat, à Princ. non cogitatus, vel à lege non praevistus, potest is, qui vices ejusdem Principis gerit, vel alias generale mandatum habet, ea omnia facere quae praesens causae utilitas, vel necessitas exigit, etiamsi mandati fines excedat, vel eidem aliquatenus contraveniat.

Quibus addere etiam possumus text. in f. l. ult. §. fin. ff. mandati, & in l. 4. §. ult. ff. de re militari, & tradita à Jas. in l. Barbar. ff. de offic. Praetor. ex num. 24. & l. nemo potest, col. 1. de legat. 1. Hyp. de Marsiliis in l. 1. §. fin. num. 29. ff. de quas. Tiraquel. de pen. temp. in praesat. num. 25. & in l. si unquam, verb. Libertis, numer. 48. C. de revocand. donat. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater, 3. part. ex num. 23. & in rub. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 2. num. 6. & Caldas Pereira de nomin. emphyt. quas. 15. n. 19. ubi cum minime mandati fines excedere notant, qui facit aliquid vicinum, & annexum mandato.

Qua de causa tunc magna audacia, & temeritatis, imò & impietatis esse videtur, asserere, vel attentare, quod Pontifices non possunt praedictas donationes facere, vel quod eas frustratorie fecerunt, & tamquam aërem verberantes. Nam ut Deus, & natura, ut inquit Philosophus, ex possibilibus faciunt, quod melius est: nec unquam aliquid frustra efficiunt; ita tunc quod Deo Auctore, vel ejus Vicario fit, licitum, & convenientissimum esse, dicendum est, ut ait Clemens Alexand. lib. 6. Stromat. D. August. lib. 3. de libero arbit. cap. 5. & lib. 1. controv. advers. leg. & Proph. cap. 14. & eos referens Rutil. Benzoni. anno jubilat. lib. 2. cap. 1. pag. 62. & capit. 21. pag. 142. Ecclesia tunc quippe nec decipere, nec decipi potest, ut multis probat Thom. Botius de sign. Eccles. Dei, lib. 6. cap. 7. & 8. Pat. Francisc. Suarez de defenis. fidei, lib. 1. cap. 3. & in tract. de fide, disp. 5. sect. 6. per tot.

Et tunc non solum erroris est expertus, ubi de rebus, & articulis fidei decernit, ut in dict. cap. hac est fides 24. quas. 1. verum etiam, ubi de temporalibus, & concernentibus ad mores universales disponit; ut est commune dogma omnium Theologorum, & copiosè probat Turretrem. in summa de Ecclesia, Cardin. Bellarmin. in controvers. de conciliorum auctoritate, lib. 2. c. 2. & lib. 4. de Rom. Pontif. c. 5. Gregor. Lopez. in l. 22. tit. 4. part. 3. Avendan. in c. Praetor. 2. part. cap. 23. num. 131. Rebuff. in cons. 5. tit. de recusat. Roland. cons. 19. volum. 3. Benzoni. dict. cap. 21. pag. 142. vers. Nam Ecclesia, & Menoch. de arbitrar. sent. 5. casu 458. ex n. 28. latissimè, & elegantissimè Thom. Botius de sign. Eccles. Dei, lib. 6. cap. 8. & l. 18. cap. 6. & Nos iterum infra lib. 3. cap. 2.

Unde tunc nascitur, quod Papa recusati non possit, neque ab ejus sententia appellari, ut resolvit Abbi. in cap. querelam, num. 14. de electione, Felin. in cap. inquisitionis, n. 14. de accusat. & in cap. in causis, num. 4. de sent. & re judicata; & alii plures, quos refert, & sequitur Menoch. ubi supra, num. 58. & Valenzuela dict. monitor. 6. part. n. 89. & 90. Quia quod tunc ipse Pa-

Papa fecit, videtur facere ut Deus, juxta nota- ta in cap. si quando, & c. cum a Deo de rescript. cap. propositus, de concess. praben. Præpositus in dict. cap. per venerabilem, n. 145. qui filii sint legi- tis. Bald. in cap. 1. de nova firma fidel. in usib. feud. & in l. fin. num. 2. C. sententiam rescindi non posse, Paul Castrens. consil. 415. n. 1. p. 1. Joan. de Salas cons. 68. num. 14. & cum sit Dei Vicarius, ejus facta Deo attribuantur, cap. quan- to, de translat. Episcopi, ubi Anton. de Butrio num. 5. Joan. Nevizan. in Sylva nuptiali, lib. 1. verb. Non est nubendum, n. 155. neque prasumi- tur, quod aliter judicet, vel faciat, quam Deus ipse esset judicaturus, ut argum. cap. novit. 43. de appellat. & l. unica, ff. de offic. Præfict. Prae- torio, optimè notat Joan. Andr. in cap. cum ven- nissent 12. n. 7. de judiciis & faciat text. in cap. non nos 40. distinct. & alia, quæ cumulat Va- lenzuela d. 6. part. ex num. 86.

Quarto, f ad ejusdem tituli comprobationem non minus efficaciter considerari potest, quod etsi regulariter non exemplis, sed legibus judi- candum sit, l. nemo 13. C. de sentent. & interlo- cut. omn. jud. cum similibus ibi allegatis à Gloss. Bart. Baldo, Saliceto, & Castrensi, & à Cepola cons. crimin. & Afflic. decr. 383. num. 8. Me- noch. consil. 507. num. 3. lib. 6. & de prasumpt. lib. 1. quæst. 1. num. 19. quia ut prudenter ad- vertit idem Menoch. consil. 57. num. 11. lib. 1. si exemplis judicandum esset, semper res inter alios acta aliis præjudicaret, & rei judicatae ex- ceptionem produceret, contra totum titulum, C. res inter alios acta, l. sapè, ff. de re judicata, l. & an eadem, cum seqq. ff. de except. rei judica- ta. Quibus alia addit Anton. Thesaur. in præfat. 66 ad decision. Pedemont. num. 33. inquit, f quod Currius Junior dicere solebat, se, quamvis, æta- re provectum, ex pluribus exemplaribus, quæ ad decisiones occurrentium causarum allegari audierat, pauca, vel nullum vidisse, quod in omnibus simile esset, & æquales circumstantias haberet, de quo etiam optimè tract. Anton. Mornat. in observat. ad l. 3. ff. legibus, pag. 30. & 31.

Attamen f quando exempla supremorum ju- dicum sunt, & in magnis tribunalibus usitata, multum ponderis, & auctoritatis habent, ut eadem forma in similibus casibus procedatur, ut in l. filius, ff. ad legem Corneliam, de falsis, l. 1. §. si vir, ff. ad Syllaniam, l. 1. C. que sit longa consuetudo, l. 3. C. de adificiis privat. ibi Proba- tis iis, que in oppido frequentur in eodem genere controversiarum servata sunt cum traditis ab Af- flic. decr. 45. & 190. Gama decr. 33. num. 2. & decr. 228. per totam ubi ejus additio. Vincen- cent. de Franchis decr. 81. num. 2. & decr. 91. num. parte... Oschana decr. Prædemont. 22. An- ton. Thesaur. decr. 21. Petr. Herodio in præfat. ad lib. rerum judicat. Pinel. in l. 2. C. de rescin- dend. 2. part. cap. 4. num. 2. Parlador. lib. 2. quotidi. cap. fin. 5. part. §. 10. num. 7. Perez de Lara de amittensar. & capellan. lib. 1. cap. 10. num. 43.

Et hac de causa exempla f sanctorum Patrum sequenda esse, & secundum ea judicandum, doc- tet text. in capite de quibus 20. distinct. cap. qui de mensa 37. distinct. cap. legimus, 81. distinct.

cap. omnes 7. quæst. 1. cap. ult. 9. quæst. 3. cap. non est culpandus 32. quæst. 2. Et f majorum ac- tus pro lege accipiuntur, l. capitulum, §. ult. ff. de penis, l. minimè, ff. de Religios. & sumpt. funer. l. 2. ff. de vulgar. l. more 8. ff. de acquir. hered. & de jurisd. omn. judic. leg. non omnium 20. ff. de legibus, cum multis aliis, quæ circa eas observat. Lud. Gomez in reg. de trien. pos- ses. quæst. 2. p. 672. Fredericus Nausea in prin- cip. inst. quibus ex caus. manum. cap. non licet. Mantua in Enebrid. rer. sing. cap. 163. Menoch. de arbitrar. casu 82. num. 2. Cujac. lib. 8. ob- servat. c. 12. & lib. 17. c. 15. & relati ab Alfano collect. 740.

Unde multo f fortius auctoritas suprema Prin- cipis, prout est Papa, sequenda, & veneranda est: major enim est quam auctoritas Sanctorum, ut terigimus sub hoc lib. cap. 11. num. 25. & tradit gloss. in cap. de libellit 20. dist. Bald. in lib. rescripta, num. 7. Cod. de precib. Imp. offeren. latè Felin. in capite que in Ecclesiis, num. 29. de constit. Alvarot in titul. Episcop. vel Abbat. num. 5. & Peregrin. de jur. Fisci, lib. 1. tit. 2. num. 2.

Et omnino tuendum, credendumque est lici- tum, & validum esse, quod non solum unus Pon- tificex, sed plures in aliquo genere causarum fece- runt, & declararunt. Nam f tunc videtur induc- ta quædam consuetudo, quæ similiter jus in nego- tiis similibus facit, l. de quibus, l. si de interpre- tatione, l. minimè sunt mutanda. l. in ambiguitati- bus 38. ff. de legibus, Gloss. fin. in dist. 1. nemo, C. de sentent. & interlocationibus, Palacios Ru- bios, in nostris terminis loquens, in dict. tract. de obtent. Reg. Navarr. 5. par. §. 2. ad finem.

Et hac ratione f utens D. Augustinus epist. 72. 318. ad Januarium: Si quid horum (inquit) per orbem frequentat, Ecclesia, quæ ita faciendum sit disputare, insolentissima insania est. Et f Inno- cent. III. in cap. per venerabilem, in princ. vers. Quod autem, qui filii sint legit. inde probat, Se- dem Apostolicam habere potestatem dispensan- di cum illegitimis, non naturalibus tantum, sed etiam adulterinis, tam ad spiritualia, quam ad temporalia, quod illud diversis causis inspectis, sæpè fecisse comperitur.

Eodemque f argumento post Div. Thomam utitur Rutil. Benzoni. dict. lib. 2. de anno jubil. c. 21. pag. 142. ad convincendos hæreticos, qui perfide negant, Ecclesiam posse jubilaos, & In- dulgentias concedere. Nam usus inquit, Pontifi- cum, qui per tot annos eas uniformiter concess- erunt, absque dubio probat, in Ecclesia esse hanc potestatem.

Et Pat. Leonard. Lesius de justit. & jure, l. 2. cap. 37. num. 30. vers. Quarto idem, pag. 506. eodem modo convincit aliam aliorum hæretico- rum hæresim, qui dicebant, Sanctos non esse invocandos nec ad eos preces fundendas.

Cajetanus f quoque in 2. 2. q. 88. art. 11. contra S. Thom. constanter asseruit, posse Ec- clesiam cum monachis dispensare, ut non obsta- tante Religionis, & castitatis voto, matrimo- nium contrahere valeant, & hoc præcipue ratio- ne defendit, quod Ecclesia sæpè ejusmodi dis- pensationes concesserit: quod novissimè etiam recenset, & pluribus exemplis probat D. Joan. Briz.

Briz. Martinez in historia S. Joannis de la Peña, lib. 5. c. 31. pag. 818.

Et in f nostro casu, de temporali potestate Pontificis loquens, idem argumentum expendit Ancharan. in dict. regula peccatum, Egid. Bel- lam. in cap. futuram 12. quæst. 1. Præposit. in c. cum ad verum 96. distinct. col. 3. Param. lib. 3. de origin. Inquisit. q. 1. opin. 3. ex n. 67. & mag- is in specie circa eandem Alex. VI. donationem Episcop. Chiapens. in d. tract. comprobat. fol. 30. Gregor. Lup. in dict. l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. magn. col. 3. vers. Standum ergo, Franc. Vargas in tract. de aucto Episcopo, consil. 10. n. 5. Anas- thas. Germon. lib. 3. de sacror. immunit. cap. 13. num. 30. Anton. à Corduba in questionar. lib. 1. q. 57. dub. 5. pag. 503. vers. Tertio principaliter. Et ad probandum, quod f Romanus Pontifex, ut verus D. Petri successor, est caput universalis Ecclesie, Marta de jurisdic. 1. p. cap. 12. n. 3. & 4. & cap. 24. num. 32. & 35. Qui omnes con- cludunt, f validissimum, & urgentissimum esse hoc argumentum: Ecclesia fecit, ergo potest fieri.

Præsumendum f est enim pro his, quæ diu in Ecclesia Dei agitata sunt, cap. constitutus, ubi Abbas de Religio. domib. Et ut Bald. notabili- ter inquit in l. quicumque, C. de servis fugitivis, 80. notab. 4. Id, f quod consuetum est fieri, non di- citur arbitrarium, sed necessarium. Et f consue- tudo paulatim vires legum, earumque poenas & censuras abrogat, & enervat, etiam si ab initio irrationabiliter, & cum peccato fuerit introduc- ta, juxta doctrinam Panormit. in cap. 1. de tre- gua, & pace, Sylvestri, verb. Consuetudo, q. 6. Cajet. 1. 2. quæst. 97. art. 3. Soti lib. 1. de just. & jur. quæst. 7. art. 2. ad 2. Avila de censuris, 1. part. dub. 8. & colligitur ex cap. cum venerabi- lis, de consuet. ubi Glos. Joan. Andr. & Panormit. num. 5. Jas. in l. de quibus, num. 8. ff. de le- gibus, Ancharan. Hostiens. Alexand. & alii plures, quod refert, & sequitur Covarrub. in cap. quævis pactum, 1. part. §. 7. n. 12. Tiraquel. de poen. temperan. causa 42. n. 1. & seqq. Anton. Gabr. lib. 7. commun. conclus. tit. de maleficiis, conclus. 8. n. 16. & Joan. Gutier. cons. 38. n. 1. & tetigi sup. c. 14. n. 72. & Cardin. Tusch. verb. Consuetudo, conclus. 848.

Atque ita utriusque juris DD. multum f sem- per huic argumento deferre solent, quod à soliti- tis, sive consuetis desumitur, & tanto efficacius illud esse censent, quanto consuetudo est anti- quior, & universalior, aut à magnis viris Inducta, ut constat ex l. certi condit. 9. ff. si nummos, ibi: Cum quatuordecim, ff. si cert. petatur, ubi Bart. An- gel. Ale. Jas. & reliqui Legistæ communiter, & ex Canonistis in cap. cum M. Ferrariens. de consti- tut. ubi Buttrius Imola, Panormit. Felin. & alii & ex plurimis aliis, quæ latissimè in eandem rem congerit Everard. in locis argument. loco 10. & 63.

Est enim f praxis vera legum interpret, ut ait Bald. in cap. 1. n. 2. de feud. sine culp. non amittent. Natra cons. 167. n. 7. & cons. 147. num. 17. Roland. cons. 2. num. 7. & sequent. vol. 2. Et f observantia subsecuta, & uniformiter continua, jus æquale ac lex ipsa constituit, dict. l. de quibus, ff. de legibus, l. nulli 3. ff. quod cujus- que universit. nom. l. prohibere 3. §. si quis, ff.

quod vi aut clam. l. observare 4. §. 5. ff. de offi- cio Proconsul.

Et non f minus quam lex custodienda est, 85. l. 1. C. que sit longa consuetudo, ibi: Nam & consuetudo præcedens, & ratio, que consuetudinem suavit, custodienda est, & ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revoca- bit Præses provincie.

Creditur enim à titulo præcedenti, ac suffi- cienti fluxisse, ita f ut dispositum censetur, 86. quod fuit observatum, l. quadam mulier, ff. de rei vend. l. si à te, ff. si servus vind. l. prædia, ff. de acquir. possess. Alexander consil. fin. lib. 4. ex num. 9. Tusch. verb. Consuetum, conclus. 959. & dubietas, si quæ in eo erat, vel opinionum di- versitas ex eventu, & observatione subsecuta optimè declaretur, ita ut deinceps illa sit tenen- da, quæ fuit observata, non obstante juris dis- positione, l. 1. circa finem, C. de imponen. lu- crat. descrip. ibi: A primordio enim tituli poste- rior formatur eventus, l. sed & Julianus, §. pen- ult. ff. ad Macedon. l. si servus plurimum, §. fin. ff. de legat. 1. l. constitutionibus, in fine, & ad municipal. ibi: Cui consequens, ut ne in futurum forma observata recedatur, d. l. minimè, & l. si de interpretatione, & l. in ambiguitatibus, ff. de legibus, junctis aliis, quæ notant DD. in cap. cum dilectus, de consuetudin. Roman. cons. 61. n. 1. & cons. 271. num. 4. Fulgos. cons. 121. num. 3. Bald. cons. 235. lib. 2. Angel. cons. 99. num. 5. & cons. 345. num. 4. Corn. cons. 83. n. 11. l. 4. Socin. Senior. cons. 145. num. 2. lib. 1. Socin. Junior. consil. 2. num. 24. & 28. lib. 1. Laurent. Sylvan. consil. 88. num. 28. lib. 2. Joan. Cephal. cons. 28. num. 32. vol. 1. & cons. 320. num. 37. & sequentibus, vol. 3. Aymon. Craver. in tract. de antiq. temp. 1. part. num. 15. & cons. 10. cons. 101. num. 7. & consil. 118. Riminald. in l. 1. num. 110. ff. de offic. ejus, Uldaric. Zas. cons. 14. à num. 86. lib. 1. Joan. Gutier. cons. 22. num. 10. Burgos de Paz in princ. leg. Tauri ex num. 226. & in l. 3. à num. 212. usque ad 217. Roder. Suarez in l. post rem judicatam, in princ. ff. de re judic. & ex num. 18. Redin. de majestat. Princip. verb. Sed etiam, per legit. tram. n. 166. Rolandus cons. 70. n. 12. vol. 1. Joseph. Ludov- vic. qui hos, & plures alios notabiles effectus ob- servantæ latè congressit conclus. 38. per totam, & decr. Perusina. 29. num. 32. Molina de Hispan. primog. lib. 2. c. 6. num. 68. Molina de Medra- no in allegatione. Proregis extraneis Regni Arago- niæ ex num. 174. ad 180. Cevallos prætic. com- mun. tom. 3. quæst. 762. num. 16. Hieron. Gonzal. ad Reg. 8. Capcol. gloss. 5. §. 7. num. 87. Caesar de Graffis decr. 2. de elect. n. 3. & decr. unica, de Magistris, num. 5. & 6. & novissimè Anton. Monar. in observat. ab d. l. minimè, & ad l. 2. de constitut. Princip. & ad l. 2. §. Ap- pius, ff. de orig. jur.

Ubi f Virgilius indignatus, quod vetustissimi 87. ma juris observantia in persona filie suæ defecisset, eam necesse narratur, Leand. Calganet in tract. de condit. & demonstr. 1. part. c. 8. n. 60. & seqq. Bobadill. in Politia, lib. 2. c. 7. ex n. 7. & c. 10. num. 36. & Joan. Baptist. Valenzuela cons. 52. n. 46. & sequentibus, & cons. 53. ex n. 8. & cons. 63. n. 196.

88 Quod adeo verum est, ut in ista observantia declaratoria non requiratur prescriptio, sed sufficiat ita aliquando fuisse observatum, ut expressè docent Zas. Molina de Medrano, Gutierrez, & Joseph. Ludovic. ubi supra Burgos, de Paz dict. l. 3. Tauri, num. 215. ubi ajunt, hoc absque dubio procedere, si per decem annos ita fuerit observatum, Berolus cons. 94. n. 13. lib. 2. & Valenzuela dict. cons. 53. num. 11. ubi tradunt, hanc consuetudinem, sive observantiam induci ex unico actu, etiam si super ipsa judicatum non fuerit; nam si solitum dicitur quid ex sola una vice, l. Mella, §. sed si alimenta, ff. de alim. & cibarij legat. ubi Bart. Curtius Junior cons. 19. num. 4. Angel. & Paul. de Castro in l. consentaneum, C. quomodo & quando judex, Cozzadin. cons. 23. n. 5. & Cephal. d. cons. 28. n. 31. vol. 1.

90 Cujus consuetudinis, & observantia, etiam in alienationum materia, magnam vim, & auctoritatem esse Doctores fatentur, inde etiam communitè deducunt, Reges vel Barones, aut Ecclesie Prælatos, qui juxta consuetudinem contrahunt, vel alienant, aut in feudum concedunt, rectè facere, & impediri non posse, cap. 1. ubi omnes, qui feud. dare possint. Gloss. & DD. in c. 2. de feudis, Gloss. in c. 2. 24. q. 1. Guido Papæ decis. 560. Natta cons. 367. num. 6. Socin. Junior cons. 94. n. 29. vol. 2. Calderin. cons. 11. in tit. de feudis, col. 1. Alex. cons. 40. col. fin. & cons. 92. col. 2. vol. 6. Paul. de Castro cons. 146. col. 2. & plures alii, quos refert, & sequitur Roland. à Valle omnino videndus cons. 1. ex n. 81. ad 87. vol. 1. Et vide alia plura quæ de hac consuetudine, sive observantia interpretativa tradimus infr. lib. 3. c. 1. n. 25.

Quinto, & ultimo facit, quod cum Romani Pontificis dignitas, & sapientia per se, ut diximus, maxima, & potentissima sit, ut ejus factis, & decisionibus stare debeamus, tum verò ex eo illis magis securè assentiri tenemur, quod certum sit ardua, dubia, vel gravia negotia, numquam sine illustrissimorum Cardinalium & aliorum sapientissimorum virorum consilio discernere, expedire, aut declarare solere, quos ad hoc sibi tanquam coadjutores assumit, c. per venerabilem, §. sunt autem, qui filii sint legit. c. fundamenta, de elect. lib. 6. ubi Joan. Monach. Dominic. Joan. Andr. & alii, Abbas in cap. quasiviv, num. 3. de lis, quæ fiunt à major. part. Capitulum II. Paul. Castrens. in l. 1. n. 5. ff. de legibus, & plures alii quos refert, & sequitur Riminal. cons. 689. num. 72. & cons. 738. num. 9. Roland. à Valle cons. 2. num. 101. vol. 1. Benincas. in tractat. de constit. q. 7. per tot. Anton. Cardos in Repert. verbo Papa, num. 5. Joan. Garcia in tractat. de nobilit. glos. 24. num. 2. & glos. 48. n. 52. Menchaca lib. 1. controvers. illustr. c. 23. Cevallos 1. tom. pract. commun. q. 645. num. 1. Morla in empirio juris, l. par. q. 1. & 2. & Cardin. Paleotus omnino videndus d. tract. de sacro. consistor. l. p. q. 3. ubi conatus ostendere, si Summum Pontificem etiam cum potestatis plenitudine utitur, Cardinalium consilium in ejusmodi rebus requirere, debere, idque jure divino, naturali, & gentium probari, & in libro ceremoniali, sive rituum Ecclesiasticorum S. R. E. pas-

sim adverte: ac præterea de hac re olim ab Ip-94 sis Romanis Pontificibus simul cum Fidei professione jurjurandum præstari solitum fuisse, quod hac forma concipiebatur: si qua verò emeruerint contra canonicam disciplinam, ego cum filiorum meorum S. R. E. Cardinalium consilio, directione, & rememoratione ministerium meum geram, & emendare curabo: & conducunt alia quæ de eorundem Cardinalium officio, & dignitate notamus infr. lib. 3. c. 2. n. 27. & seq.

Unde hic inserere licet illud Ecclesiastes 95 c. 12. vers. 11. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæper magistrorum consilium data sunt à pastore uno. Quo in loco Belarmin. tom. 1. controvers. lib. 3. cap. 4. quod est de judice controversiarum Ecclesie, Summi Ecclesie Pastoris, & Pontificis munus significari inquit, & auctoritatem regendi, & docendi, quam habet. Cui Salomon penitus acquiescen-96 dum tradit, quando sententia est à Summo Pastore, adjuncto præsertim consilio sapientum, & eo quidem Pastore, qui amplissimas à Christo promissiones accepit. Quam expositionem admittit etiam & defendit Gretser. adversus Novatores lib. 3. cap. 4. & Pat. Joann. Pineda in comment. sup. Eccles. ad illum locum, num. ult. pagin. 1204.

Et cum hoc consilium in prædicta Alexand. donatione, de qua agimus, & similibus intervenit, par est, ut in eis qui omnia divina, & humana jura in scrinio pectoris suis habere dicuntur, cap. 1. de constit. lib. 3. c. 1. omnium. C. de testament. l. penult. C. de his, quibus ut indign. habita nimirum consideratione ad dictorum Cardinalium, & sapientum consultationem, quos semper secum habere solent, ut notatur in dict. c. 1. & in l. humanum, C. de legibus, & per Panormit. in c. tum ex literis, de in integr. restit. col. 5. & in nostris terminis per Episcop. Chiampens. dict. tractat. comprob. fol. 30. & Joan. Garcia, & alios supra relatos.

Quibus addere possumus Thom. Bocium 98 lib. 6. de sign. Eccles. c. 8. ubi nimis extollit, & multis testimoniis, exemplis, & rationibus probat eximiam scientiam, prudentiam, dexteritatem, & certitudinem, quæ Maximæ Romani Pontificis, & sacrorum Cardinalium Collegium, privilegio divinitus concessio, in declarandis rebus dubiis, & arduis usi fuerint, & quid verum, quid falsum quid bonum quid malum discernendo.

Quibus non adversatur, quod in dicta Bulla Alexandri VI. nulla mentio de consilio, aut consensu Cardinalium habetur, quæ in aliis Bullis inseri solet; nam si frequentius est, ut etiam adhibito Cardinalium consensu, & suffragio, solùm sub nomine Papæ, & non aliorum Bulla expediatur, ut resolvit Quintil. Mandos. sup. Reg. 8. Cancell. q. 5. num. 5. & 6. eam rationem adducens, quod si actus denominatur ab eo, qui principalis est, & principaliter facit, non autem à consensu, seu consilio præstante, l. si pater, in fine, ff. de manumiss. vind. l. aliud. est vendere, ff. de regul. jur. Bald. in l. 2. quaest. 20. n. 24. C. de rescind. venditione. Præsertim quia ut bene advertit Paul. Castrens. ubi sup. Panormit. in c. 2. num. 3. de cleric. non residents. plures alii relati ab Anton Petra de potest. Princip. cap. 15. num.

num. 83. & Valenzuela d. monitor contra Venet. p. 6. num. 97. & 98. pag. 367. Papa si noluit non tenere de necessitate, fratrum Cardinalium consilium petere; neque contraarium præcessè consuetudine induci posset, quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ contra quam, ut idem Doctores advertunt, nulla currit prescriptio, juxta text. & ibi notata in cap. cum non liceat, de prescript. & doctrinam Innocentii communiter receptam in cap. bone, el. 2. de postulat. Prælator. Franc. Marc. 2. part. de eis. 1297. n. 5. & 6. Babuum de prescript. 2. p. 5. princip. q. 2. num. 3.

103 Necon etiam, quia in dicta Bulla apponitur clausula: Ex certa scientia, quæ virtualiter præcedentem includit, & Pontificem certiorum esse præsupponit de omnibus, quæ illum movere possunt ad negandum, aut concedendum; aliter enim non diceretur concedere ex certa scientia, sed per ignorantiam, & subreptionem, cap. nihil, de electione, cap. Pastoralis, §. præterea, ubi Abb. num. 4. de offic. delegati, cap. cum olim, de sent. & re judicata, l. 1. C. si servus, aut libertus ad D. curionat. cum plurimis aliis, quæ late congerit Vital. de Cambanis in tract. clausula-rium, pag. 23. & Cardinal. Tusch. pract. concl. jur. libr. C. concl. 340. & seq. Quod etiam importat clausula altera, De plenitudine potestatis, quæ in eadem Bulla proponitur, qua nunquam uti Pontifex solet, nisi cum causæ cognitione, aliter quam si plenè de negotio fuerit informatus, ut tradit Aretin. cons. 163. num. 13. Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 66. vers. Sextò limita, de constitution. Tiraq. in tract. res inter alios acta, limit. 7. ad finem, & plures alios allegans Ferret. cons. 31. num. 31. vol. 1. Cravet. cons. 241. vers. Quarto respondeo, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 26. & seq. Menoch. cons. 1. num. 426. Tusch. sup. conclus. 342. & Marta de clausulis, l. part. clausula 259. n. 13. & 14.

8 Pontifex potest infidelium conversionem, & acquisitionem Principibus secularibus non solum committere, sed & præcipere.

9 Regibus Catholicis potius quam aliis conversio, & conquestio Novi Orbis ab Ecclesia committi debuit, & quare, & n. 11.

10 Hispanie Reges præ ceteris potentia, & commoditatibus polent ad Novi Orbis regionis conquærendas, & convertendas.

11 Auctores recententur, qui Catholicis Regibus conquestionem Novi Orbis potius concedi aasserunt.

12 De summa providentia intervenit in Novi Orbis conversione, Regibus Hispanie potius quam aliis concedenda, Et quare.

13 Hispanie Reges, & homines præ ceteris zelo puritate, & cultu Christiane Religionis flagrare noruntur.

14 Reges Gallie, & Anglie cur à Deo vocati non fuerint ad Novi Orbis conquestionem, & conversionem.

15 Hereticorum omnes conatus circa Novum Orbem turbandum, & occupandum hætenus evanuerunt.

16 Infideliter plures ab Hispanis in Novo Orbe ad Fidem redacti sunt, quam in omni Europa per hereticos ab ea alienati.

17 Heretici Deo valde exosi sunt, & à Fidei propagatione temper exclusi.

18 Heretici labrucas potius, quam veras vites novis Ecclesie plantationibus inserunt.

19 Heretici solam valent ad corrumpendas, & perimendas animas, non ad salvandas.

20 Hereticos cur omnibus infidelibus deteriores esse dicat D. Hieronymus.

21 Hispanie Reges deputati videntur ad Fidem defendendam, & extendendam.

22 Gombardus agnoscit Hispanorum opus esse expugnare Infideles & Paganos.

23 Stanislaus Orti ingens encomium de Fide, & Religione Hispanorum.

24 Reges Hispanie, etiam volentes, invitandi essent ab Ecclesia ad Novi Orbis conquestionem.

25 Reges Hispanie jam pridem Christianissimorum nomine gaudent.

26 Gallie Reges ratione Imperii quod olim habuerant, dicuntur Christianissimi.

27 Catholicorum titulus quando ab Ecclesia Hispanie Regibus dari coepit.

28 Heretici vocem, Catholicam; in Ecclesia ferre non possunt.

29 Reges Hispanie appellantur Orthodoxi, & Defensores Fidei.

30 Reges Catholicæ Hispanie gaudent virtute expellendi demones à corporibus obsessorum.

31 Reges Gallie, & Anglie habere dicuntur virtutem curandi strummas.

32 Anglie Reges annulos benedicunt, qui morbum conitalem depellunt.

33 Reges Hispanie etiam habent virtutem curandi strummas, ut Reges Gallie & Anglie.

34 Reges Hispanie sacro oleo tempore coronationis inungi solent.

35 Unctionis jus passim omnes Reges Christiani sibi usurpant.

36 Heretici negant potuisse Pontificem à conquestione & conversione Novi Orbis alios Reges excludere.

37 Principes omnes Christiani curare debent Fidei propagationem.

38 commercium de jure gentium inter omnes commune est.

39 Maris usus, & navigatio cuilibet communis, & libera esse videtur.

40 Hispani injustè videntur alios navigatione maris Indici prohibere; Sed contrarium, num. 63.

41 Indi videntur damnum pati ex eo quod alii præter Hispanos ad eos accedere prohibentur.

42 Terra omnium communis mater est, & esse debet secundam Apollonium.

43 Summum Pontificem rectè potuisse alios Reges præter Catholicos ab Indiarum conquestione excludere, de-

CAPUT XXV.

De iuribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquiriti Novi Orbis Hispanie Regibus potius, quam aliis indulerit: & cur etiam quoscumque alios Reges, Principes, aut privatos ad eundem Orbem accedere, vel ejus maria navigare vetuerit?

SUMMARIUM.

- Alexandri VI. donatio à calumniis invidiorum defenditur.
- Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.
- Pontifex Summus per se ipsum provincias Novi Orbis conquerere, & convertere non potuit, nec debuit, Et quare.
- Ecclesiastici regulariter se militaribus expeditionibus immiscere non debent.
- Principes Christiani Dei, & Ecclesie ministri sunt.
- Cap. Principes 23. quaest. 5. & similia exornantur.
- Pontifex gladium materiale habet nuda, Imper. jussu, miles usu, ex D. Bernardo.